



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

De malitia, & profligatis moribus Antichristi. Sectio IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

*Aniel. & Raban.* (id quod acceperunt ex Methodio in revelationibus) illum edacandum esse in Corozaim, & Bethsaïda, & regnaturū in Capharnaū: videtur quo Method. in eam venisse sententiā propter illa verba Christi Domini Matt. 11. *Vt tibi Corozaim, ut tibi Bethsaïda, & tibi Capharnaū, si usque in celum exalaberis, usque ad infernum detrahēris.* Citat enim hūc locū Method. existimans tunc Bethsaïda, Corozaim, & Capharnaū ad infernum usque descensuras, cum in eis educabitur, & regnauerit Antichristus. Verū id in certum est, probabilius videtur, quod scribit D. Ioan. Damasc. libr. 4. fidei Orthod. cap. 27. Antichristum clam esse educandum. Quod vero attinet ad sedem regni, & imperij metropolim suo loco dicemus.

De malitia, & profligatis moribus Antichristi.

#### S E C T I O    I I I I .

I. **C**VM dictum sit de nomine, ortu, & patria Antichristi, sequitur, vt de ratione vita, ac moribus differamus. Illud igitur primis nō constat Antichristum perditissimum, & profligatissimum fore omnium mortaliū: quotquot vñquam ab orbe condito extiterunt, & ad finem usque mundi existent: vnde à Paulo 2. ad Thes. 2. per antonomasiam appellatur. *Homo peccati, filius perditionis, & ille iniquus, cuius est aduentus secundum operationem satanae in omni seductione iniquitatis.* Quo loco Emphasim habet, *ille iniquus*, Græcè διάβολος: vbi articulus, o, notat in signem quendam iniquum. Et Matth. 15. iniquus per excellentiam appellatur, cum dicitur: *Ager autem est mundus, bonum vero semen hi sum filii regni;* *Zizania autem filii sunt nequam:* vbi pro nequam est Græcè οπωρη in gignendi casu, quasi dicas: *filii ipsius mali,* qui malus, nequam, & iniquus per excellentiam dicitur: quo nomine quidam Demonem, alijs Antichristum accipiunt. De eius impietate locutus est Daniel c. 8. *Cum creuerint iniquitates, consurgens Rex impudens facie.* Delibidine c. 11. *Eritis concupiscentia faminarum:* sed de hoc inferius disputabimus. De blasphemis c. 7. Sermones contra excelsum loquuntur, & aduersus Deum Deorum loquuntur magnifica. De superbia Paulus 4. ad Thes. 2. *Ex tollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Secundo, Erit omnibus magicis artibus, harioladi scientia, incantationum, & veneficiorum doctrina instructissimus. Ita docet Cyril. Hier. catchesi mystagogica, & Rabanus Maurus tractatu de Antichristo. Habet, inquit, Antichristus magos, maleficos, diuinos, cantatores, qui cum Diabolo inspirante nutrit, docebunt in omni iniquitate, falsitate, & nefaria arte, & maligni spiritus erunt duces eius, & socii semper, & comites induisi.

II. **A**b ipso conceptu possidebitur à Dæmone, qui, vti diximus, ad formam eius corpus concurret, talēmque in eo humorum permisitionem efficiet, vt sit natura ad omne vitium maximē propensus. Id quod his verbis explicat Raban. loco citato: *in ipso conceptionis initio Diabolus simul introibit in uterum matris eius, & ex virtute Diaboli confouebitur, & contutabitur in ventre matris.* Et sicut in matrem Domini nostri Spiritus sanctus descendit, & eam sua virtute obumbravit, vt quod naceretur Diuinum esset, & sanctum: ita Diabolus in matrem Antichristi descendit, & totam eam replebit, totā circundabit, totam tenebit, totā interius exteriusq; possidebit, vt Diabolo per hominem cooperante concipiat, & quod natum fuerit, totum sit iniquum, totū perditum Quartū. Talem ab ipsa infanta Dæmon habebit in eum dominatum, & imperium, absque præiudicio tamen libertatus, vt cū in omnem malitiā, morūque perperitatem impellar.

impellat. Quod significauit Apostolus, cum dixit 2.ad Thess. 2. *Cuius est aduentus* 2. *Thef. 2.9.*  
*secundum operationem satanae.* Quo etiam sensu dixit D. Hieron. in com. super c. 2. *Hieron.*  
*D. Hieron.*  
*D. Iren.*  
*B. Ephrem.*  
*Cyril. Hier.*  
*D. Ioan. D. A.*  
*7. Danielis, Diabolum habitaturum esse corporaliter in Antichristo & D. Iren.*  
*I. 5. aduersus haereses c. 25. Antichristum recapitulaturum in se Diabolican apostolam. Idemque intellexerunt Ephrem Syrus l. de consumm. seculi & Anti-*  
*christo. Cyril Hieros. catechesi. 15. & D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orth. c. 27.*  
*cum cum Diaboli organum, & domicilium appellantur.*

Quinto. Sunt qui existimant tantam futuram naturam peruersitatem, & obſtinationem ad malum in Antichristo, ut nullam vnuquā sit admisſurus inspiratio-  
 nem ſive Diuinam, ſive Angelicam. Ita enim ſenſit Franciſcus Squarius in 3. part. Nulla ē ecleſia  
 D. Thom. q. 59. disp. 14. Idque conſirmari potest ex illis verbis Job. 41. quae ſub ty-  
 po Leuiathan de Dæmonē accipiuntur, & ad Antichristum referri pollunt: Cor- admittit in-  
 pus illum quia ſentia filia compaſtum ſquam ſe prementibus, una vni coniungitur, & ne ſpirationem.  
 ſpiraculum quidem incedit per eas. Vbi ſignificatur animum Antichristi ita futurum Squarius.  
 vndeque obſtrumatum, & obſtinatum in malo, ut nulli, vel minimæ ac tenuiſ-  
 ſimæ Spiritus sancti auræ, hoc eſt, inspirationi locum præbeat. Et ne ſpiraculuſ qui-  
 dem, inquit, incedit per eas. Imo non delunt, qui arbitrentur nullum omnino actū,  
 non dico meritorum, fed ne moraliter quidē bonum effectum propter cōti-  
 nuam conſuetudinē, & familiaritatē cum Dæmonē, & effulam ac proiectionem in  
 omnia vita naturā: cuius ſententia eſt Benedictus Perera libr. 4. in Dan. instigāte  
 potissimum Dæmonē, cui libera dabitus à Deo facultas eū continuo tentandi, atq.  
 ad omne flagitium incitandi, nou tamē lupra eius vites, fideliſenim eſt Deus,  
 qui non hinc illum tentari ultra id, quod poterit ad Corinth. 10. Nec eī vnuquam 1. Cor. 10.  
 denegabit auxilium ſufficiens ad conuerionē, aliā enim nō peccaret cōtra ma- Auxiliū ſu-  
 nifestam Pauli ſententiā, qui 2. ad Thess. 2. appellat Antichristum hominē pecca- ficiens Anti-  
 ti, & filium perditionis. & quod eft conſequēs, habebit Angelum custodem toto chriſtū non  
 vita ſuę tēpore. Nec enim mihi probatur eorum leuentia, qui existimant An- denegabitur,  
 tichristum paulo post quād habuerit vſum rationis deferendum eſſe à custode 2. Thess. 2.  
 Angelo, quod etiam aliter Viguerius in institutionib. Theologicis, cap. 21. §.  
 3. versu. 3. Sed vi diximus nihil ei proderit Angelū custodia propter famam ob- Viguerius.  
 obſtinationem, ut affirmat D. Anton. 4. part. tit. 13. c. 4. §. 3. Quanū, inquit, Engelus nū.  
 bonus eſt non ſubtrahetur ad custodium, tamē poſtquam incipiet malū tua vti, nullum effectum  
 in eum custodia, eo obſtrumato exercabit. Illud tamen aduertunt Cyril. Hierol. catechesi  
 myſtagogica. 15. Hippolytus Epifcopus & Mart. orat. de conſummatione mun- Cyril. Hier.  
 di. D. Ioan. Damasc. l. 4. fidei orthodoxy. c. 27. Et B. Ephrem Syrus, tract. de con- Hippolytus.  
 ſummatione & ſeculi, & Antichristo. Antichristum initio quidem ſummaſ fan- D. Ioan. D. A.  
 citate, religionēque ſimulaturum. In primordiis ſuis, inquit, Hippolytus, B. Ephrem.  
 elemens erit, ad dilectionem quietus, religiosus, pacificus, qui odio proleque Anti-chriſtus  
 tur in iuſtitiam, detestetur munera, idolatriam non admittat, amet scripturas, vnde ſancti-  
 ſeuereatur ſacerdotes, canitiem honori habeat, ſcortationem repudiet, adulce- labit.  
 rum ab omniacur, obtrætationes non audiat, deierationes non recipiat, hospi-  
 talis, ſtudioſus pauperum, miſericors, viduis opem feret, pupilos tuebitur, cun-  
 ctos diligit, conciliabit inter homines contententes amicitia his verbis: Sol non  
 occidat ſuper iracundia vſram, ad Ephes. 4. Non poſſidabit aurum, nec diligit argē- Ephes. 4. 25.  
 tū, diuitias non amplectetur. Atque hec omnia facit concilio ſimulatio, & frau-  
 dulento, quo circumueniat omnes, vt le regem creent. Hec Hippolytus.